

- duce cretensis, terremotus causa, per dominacionem et consilium nostrorum fidelium pro bono statu predictae Insule uestre dimissum fuit omnibus grecis uillanis de medio yperperum unum et dimidium pro quolibet et omnibus de capite
- 85 Ponentis et medietatem suorum daciorum. Et eciam predicti de capite Ponentis dare consueuerant medietatem fructuum suarum uinearum et arborum dominis suis et ad presens non dant nec eciam partem, unde dictum eorum magnum dampnum receperunt et alia multa et similia que occurrent temporibus elapsis que minus essent longa uestre Celsitudini per ordinem enarrare. Et si dominus
- 90 Andreas Cornario et alij sui similles rationem haberent quod certi sumus quia non habent secundum consuetudinem occursam temporibus retroactis significamus Excellencie Uestre quod tota nostra Insula cum toto suo mobile non possit satisfacere dampnis occursis de negocijs consimilibus. Notificantes Celsitudini Uestre quod domini dictorum casalium Rise de Laxito fuerunt presentes etiam
- 95 consilium, quando captum fuit per consilium disabitandi dicta casalia Rise de Laxito et consentissent consilio prelibato, unde hec omnia ordinate uestre Excellencie tanquam domino nostro ducimus humiliter declaranda. Supplicantes quatenus super hoc taliter dignemini prouide ut tales questiones contra eius nobis non fiant. Ad hoc ut insula uestra Cretensis remaneat in bono statu et quod non
- 100 simus constricti ad ea que de jure non debemus constringi.

10

Ὁ Ἰωάννης Φραδέλλος, Λεονάρδος Γραδόνικος, Πέτρος Βοργονιανὸς καὶ Μάρκος Κορνάρους ἀναφερόμενοι εἰς τὰ διατασσόμενα ἐν τῷ προηγουμένῳ ἐγγράφῳ ὡς πρὸς τὸν Ἀνδρέαν καὶ Νικόλαον Κορνάρους ζητοῦσι νὰ ἀποζημιωθῶσι διὰ τὴν καταστροφὴν τῶν χωρίων τῶν ἐν Risa de Laxito καὶ ἐν συμβουλίῳ νὰ καταστήσωσι γνωστὰς τὰς ἀπαιτήσεις τῆς κοινότητος τῶν τιμαριούχων, αἱ ὁποῖαι ἐκτίθενται ἐν τῷ προηγουμένῳ ἐγγράφῳ. 1307.

Commemoriali Libro F^o 108^{to}.

Regesti dei Commemoriali Vol. I. pag. 82. N^o 350.

- 1 Millesimo trecentesimo VII.

Excellentissimo domino eorum domino P. Gradonico Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie inclito duci, domino quarte partis et dimidie totius Imperij Romanie. Johannes Fradello, Leonardus Gradonico, Petrus Burgognono et Marcus

5 Cornario cum omni reuerencia et subiectione se ipsos per celsitudinem Uestram Vestraque consilia quadam petitione porrecta pro parte uiri nobilis Andree Cornario fuerunt preceptore littere destinate; uidelicet super eo quod idem nobilis Andreas predictus dicebat de suo casali Lombaro quod supra disabitatum fuerat, quando suum maximum detrimentum prouidere deberet antedictus dominus



ducha et suum consilium et sibi facere iustitie complementum. Nos itaque Uestre 10
 cupimus Magnificencie fore notum quod tempore quo per dominum Hermolaum
 Justo tunc ducham Cretensem et per consilium dishabitatum extitit Lombardum
 antedictum, dishabitata eciam fuerunt certa nostra casalia et eciam aliorum ali-
 quorum eo modo et causa quibus dishabitatum fuit Lombardum suprascriptum.
 Credentes tamen firmiter quod iustum fuit domino Andree et nobis etiam disha- 15
 bitare casalia nostra pro securitate terre, nobis omnibus prius restauratione non
 facta. Et quia dictus dominus Andreas in domini duche suique consilij presencia
 constituere petebat eisdem ut secundum mandatum uestrum certum eius dam-
 pnum nollet sibi facere restaurare. Nos coram eo accessimus petentes sibi ut con-
 similes ei essemus in dampno predicto nostras rationes audire uellet uestras, nam 20
 eas eramus ascendere preparati et quod per commissionem suam tenebatur tri-
 buere omnibus petentibus rationem. Qui dominus ducha nobis respondit quod
 bene uidebat nostras rationes illis domini Andree similes nec ipsas in aliquo dis-
 crepare. Uerum quod tenebant rationes dicti domine Andree et examinare propter
 mandatum litterarum uestRARUM nostras uero non sibi uidebatur per alium ducham 25
 factum fuerat et per consilium nisi plus hoc susciperet uestre magnificencie lit-
 teras in mandatis. Ea propter magnificentiam Uestram debita reuerencia suppli-
 camus quatenus rescribere dignemur domino duche suoque consilio per uos et
 uestra consilia ut auditis rationibus Uestris nostrorumque similiter de restaura-
 cione quod petemus ex hoc uellis facere id quod conueniens fuit atque iustum. 30
 Et si per aliquos scriberetur uel diceretur Excellentie uestre quod hoc restaurum
 magnum esset et quod inde rationem minime habemus et quod hoc ducha et
 consilio suo scribendum non esset, dignetur Celsitudo Uestra rescribere domino
 duche ut inquirere et diligenter examinare debeat quare Risa dishabitata extitit
 et que et qualis fuit intentio uolencium illam partem et quod illi qui dicunt quod 35
 propter hoc restaurum fieri non debet assignare debent coram eodem ducha cau-
 sas et rationes eius fieri non debent et quod illud quod idem ducha de hoc inue-
 nerit Uestre debeat Celsitudini destinare nec quando per nos coram magnificentiam
 Uestram petitum fuerit restaurum predictum scire et cognoscere ualleat Uestra
 Excellencia propterea cum pro parte aliorum militum scribatur Celsitudini Uestre 40
 quod etiam certi uillani in dampno dominorum pro bono terre franchati fuerunt
 et exiuerunt de terra et signa data fuerunt in Risa ponentis ultra que nemo au-
 debat accedere in dampno plurium pro bono terre et multa alia facta fuerunt in
 aliorum dampnum pro bono terre que longa essent scriptura officio designare
 que quidem salua eorum reuerencia friuolla sunt et uana in nostro negotio simi- 45
 lantur; nam de franchis receperunt restaurum et condere recipiunt et eciam alijs

respondi posset satis uiue nisi generaret tedium in scribendo nec eciam credemus quod qui scribunt credant rationem habere set ponendo negocium nisi magnum intendunt nostrum negocium dilatare. Dignetur Magnificencia Uestra super hoc
50 taliter prouidere quod non prossimus amittere jura nostra.

11

Ὁ Μπελέττος Ἰουστινιάνης Δούξ καὶ οἱ Σύμβουλοι Κρήτης, ἀπαντῶντες εἰς τὸν Δόγην, ὅστις εἶχε διατάξει τὴν ἀποζημίωσιν τοῦ Ἀνδρέου Κορνάρου Κορναρόλου διὰ τὴν καταστροφὴν τοῦ χωρίου του Λομπάρου, ἀποφασισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Συμβουλίου τῶν τιμαριούχων, ἀναφέρουσιν ὅτι τὸ Μεῖζον Συμβούλιον Κρήτης δὲν ἀναγνωρίζει τὴν ἀποζημίωσιν ταύτην καὶ ἀποστέλλουσι τὸν ἔλεγχον τῶν ζημιῶν, τὰς ὁποίας ὑπέστη ὁ Κορνάρος, μετὰ τροποποιήσεων καὶ παρατηρήσεων. 1307.

Commemoriali Libro I. F^o 109.

Regesti dei Commemoriali Vol. I. pag. 83. N^o 351.

1 Millesimo trecentesimo VII.

Excellentissimo domino domino Petro Gradonico Veneciarum Dalmacie atque
Chroacie Inclito Duci, domino quarte partis et dimidie totius Imperij Romanie.
Belletus Justinianus de suo mandato Ducha Crete et eius consilium cum omni
5 reuerencia et subiectione se ipsos ab excellencia Uestra litteras suscepimus in
mandatis modo sua uobis petitione exposuit uir nobilis Andreas Cornario Cor-
narolo dilectus fidelis Uester, quando cum quoddam casale suum de Lombaro tem-
pore uiri nobilis domini Hermolai Iusto olim de uestro mandato ducha Crete
propter guerram fuerit dishabitatum de uoluntate militum Candide nobis scri-
10 bere uiam Excellencie dignaretur, quod eis satisfieri faceremus. Quare cum nobis
miseritis eius petitionem in ipsis litteris interclusam, quatenus super ipsa peti-
tione uidere et examinare deberemus et exinde id facere quod nobis iustum uide-
retur. Nos itaque Uestrum uolentes mandatum inuiolabiliter cum reuerencia obser-
uare maius consilium Candide pluries more solito fecimus congregari, quibus
15 omnibus de consilio legi fecimus litteras antedictas et petitionem ipsius nobilis
et ibi multa dicta et proposita fuerunt per nos et alios asserentes quomodo iuxta
formam mandati nostri ei intendebamus omnino exhibere quod esset iustum
complementum et ideo nobis consignare deberent aliquos responsores inde sumere
uoluerunt. Quare nos diximns eidem Andree uelut executores uestri mandati,
20 quatenus nobis porrigeret inscriptis damnum suum quod de dicto casale Lombaro
occasione predictae dishabitationis habuerat ipso tempore quod nobis dedit in
scriptis ut uestra Excellentia uidere poterit per cedula quam uobis mittimus
presentibus interclusam. Nos enim uolentes quod iustum esset in omnibus obser-
uare taxauimus et ei diximus quod nobis iustum apparuit quod inde habere de-